



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

68. An Eunuchus, qui occultè, sed spontè se fecit castrare, sit ab Episcopo dispensabilis pro irregularitate ut ad Sacros Ordines promoveatur? Ex p. 10. tract. 13. & Misc. 3. res. 28.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Hurtadus de irregular. diff. 5. n. 19. & Bonac. de cens. diff. 7. q. 4. punct. 8. n. 3. Sed ego magis adharco affirmativæ sententiæ, quam tuctur Cast. Pal. tom. 6. disp. 6. punct. 15. §. 1. n. 4.

3. Notandum est tamen hic obiter, Caietanum 2. 2. q. 65. art. 1. Sotum de just. lib. 2. q. 2. art. 1. Suarez de cens. diff. 4. sect. 2. n. 7. Layman lib. 3. sect. 5. tract. 3. part. 3. cap. 11. num. 1. asserere, eam mutilationem inducere irregularitatem, ex qua corpus humanum non integrum, sed imperfectum est; ac proinde abscissionem digitorum, & cartilaginis auris, & nasi, & testiculorum inducere irregularitatem. Sed ego existimo, illam mutilationem inducere irregularitatem, ex qua aliquod membrum corporis abscindatur: nam, dum membrum aliquod abscissum non est, corpus humanum non est mutilatum, & truncum; sed absolute, & simpliciter integrum, & perfectum; aliâs mutilatio cuiuslibet partis corporis, quæ cum alio membro operatur, sufficiens irregularitati esset; & non solum mutilatio digiti, sed partis illius irregularitatem induceret; & ex tali defectu mutilum, & truncum corpus humanum dicendum esset: quod oppositæ sententiæ Doctores non admittunt. Quapropter ea mutilatio constituit irregularitatem, quæ est mutilatio membri, sumpto membro pro ea parte corporis, quæ actionem aliquam habet ab alia distinctam, sicuti est auris, nalis, pes, oculus, manus, & similia, ut colligitur ex leg. Idem Offilius ff. de adul. editio, ubi ex unus digiti defectu non dicitur membrum deficere, & ex l. Non sunt liberi ff. de statu hominum, ubi ob multiplicationem digitorum non multiplicatur membra. Et ex cap. 2. de Clerico agrotante, ubi Clericus carens duobus digitis cum medietate palmæ non dicitur mutilatus, aut truncatus; sed debilitatus, seu deformatus. Et ita docet Molina tract. 3. diff. 69. n. 2. Avila p. 7. diff. 5. sect. 1. dub. 1. Coninch disp. 18. dub. 8. concl. 2. Valentia tom. 4. disp. 7. q. 1. 9. punct. 3. §. 4. & alii: & ideo pro casu nostro, licet abscissio unius testiculi non inducat irregularitatem; abscissio tamen utriusque testiculi, impedit actionem generativam: ergo inducit irregularitatem. Nota vero, quod licet, qui alterum, castrat, secundum Hurtadum loco cit. non sit irregularis; tamen, qui seipsum castrat, aut se castrare permittit, est irregularis, ex peculiari dispositione in Can. 5. & 11. diff. 55.

RESOL. LXVII.

An qui testiculos abscindi fecerit causa vocis retinenda, sit irregularis?

Et an voluntarie Eunuchi sint irregulares, id est permittentes se castrari ob quamcunque causam, excepta causa necessitatis ob ageritudinem?

Et an, si abscissio integri membri sit occulta, possit Episcopus dispensare?

Idem est, si abscissio casu contigerit, ex propria culpa, dummodo occulta sit culpa, tamen si abscissio sit notoria? Ex p. 10. tract. 13. & Misc. 3. Ref. 11.

Hinc peccasse mortaliter, alibi pluries docui: nunc videndum est, an sit irregularis.

Et affirmative videtur respondendum; nam irregularitatem incurrunt mutilantes membra alteri, vel sibi, aut maiorem partem membri, voluntarie aut culpabiliter; eodem modo, sicut occidens, ut cap. si Evangelia 55. dist. cap. 1. de Cler. pugn. in duello, cap. ultim. de homicid. in 6. Clemen. unic. eo tit. ibi Glossa, verb. Mutilatus. Sayrus lib. 6. de Censur. cap. 15. num. 3. Molina, tract. 3. diff. 69. num. 2. Suarez de Censur. disp. 44. sect. 2. num. 8. Avila p. 7. diff. 3. dub. 1. & licet aliqui

asserant culpam hanc, & abscissionem debere esse notoriam, ut docet Navarrus cap. 27. num. 198. Henriquez, lib. 14. cap. 8. num. 4. Covarruvias Clement. Si furiosus in princ. num. 6. Avila, part. 7. de irregular. disp. 3. dub. 1. vers. Præterea. Gregorius de Valentia, tom. 4. disp. 7. q. 19. in 2. specie irregularit. Et indicant plures relati a Sayto lib. 6. Theauri, cap. 7. numer. 13. Sed contrarium videtur verius, quia hæc irregularitas non nititur magis notorietati culpæ, quam excelsui, & sævitie, quam quis secum exequit. Sicuti tradit Saytus lib. 6. Theauri, cap. 7. num. 12. Molina, tract. 3. de Iust. disp. 70. cap. 6. & disp. 76. num. 8. Garcia de Beneficiis, part. 7. cap. 12. n. 5. Et ita voluntarie Eunuchos esse irregulares tenet me citato, doctus, & amicissimus Pater Theaur. in Praxi de penis, part. 2. cap. 1. verb. Membrorum mutilatio, ubi sic ait: Procedit dicta ampliatio etiam in permittente se castrari ob quamcunque causam, etiam causa castus, excepta tantum causa necessitatis ob ageritudinem, cap. Si quis abscidit, cap. Si quis pro ageritudine 55. dist. cap. Significavit, cap. ex parte, de corp. vit. Ita ille, qui plures alios citat.

2. His tamen non obstantibus, contrariam sententiam probabilem esse putat Cæstrus Palau, tom. 6. disp. 6. punct. 12. n. 4. ubi ita asserit: Quinimodo non videtur improbabile te irregularem non fore, tamen si testiculos abscindi feceris, causa vocis retinenda, quia non fecisti ex indignatione, aut iusto, vel injusto timore castitatis amittenda, propterea requiritur in cap. Maritum, c. Qui partem c. Si quis absciderit, & aliis superius relatis. Præterea nullus textus hanc irregularitatem indicens, loquitur de eo, qui sibi testiculos abscidit, sed de eo qui sibi virilia abscindi fecerit, quod diversum est. Hæc ille.

3. Nota tamen hic obiter, circa dispensationem huius irregularitatis procedentis ex mutilatione voluntaria sui, dicendum est, si facta sit abscissio integri membri & sit occulta, poterit Episcopus dispensare virtute Tridentini, sess. 24. c. 6. de Reform. Sicut notarunt Angelus, verb. Corpore vitiatum, n. 1. Sylvest. q. 10. Henriquez, lib. 14. c. 8. n. 4. lit. A, Avila, p. 7. diff. 3. dub. 3. concl. 2. Et idem est, inquit Avila, si abscissio casu contingeret ex propria culpa, dummodo occulta sit culpa, tamen si abscissio sit notoria.

RESOL. LXVIII.

An Eunuchus, qui occultè, sed sponte se fecit castrare, sit ab Episcopo dispensabilis pro irregularitate, ut ad sacros Ordines promoveatur? Ex p. 10. tract. 13. & Misc. 1. Ref. 28.

§. 1. Affirmative respondet Pater Andreas Gerunda de Episcopatu, lib. 2. disp. 5. c. 3. n. 21. ubi sic ait: Hinc casum solvi, de quo consultus, dum hæc conderem, de Eunuchis, qui sponte castrare se fecit, an ita irregularis esset, ut ab Ordinario non posset ad sacros Ordines dispensari? Respondi quicquid nonnulli in contrarium senserint, etiam posse: Et ratio est, quia quamvis notorium esset eum eviratum, id tamen per delictum factum fuisse occultatum erat; cum igitur hæc irregularitas ex delicto sit & non ob vitium corporis, ut communiter sentiunt apud Avilam, part. 7. disp. 3. dub. 1. vers. contraria sententia deducta a Canone 22. Apostol. hinc fit ex vi Tridentini, cujus expendimus decretum, posse ab Episcopo dispensari.

2. Dices, hanc irregularitatem reduci ad homicidium voluntarium, cujus irregularitas, quamvis occulta sit, Papæ per Tridentinum est reservata. Respondeo, licet sciverim nonnullos Doctores extendere

tot. & alterius eius primæ ann. signanter §. ult.

Sup. hoc in præterita, §. Ref. Ad de & cur. sim in fin. dictæ ref.

Sup. hoc in Rel. seq.

Sup. hoc ibi dem §. ult. ad med. vers. esto publicæ.

dere reservationem irregularitatis ex homicidio voluntario occulto, contracta, ad mutilationem voluntariam occultam, et probabiliter esse contrarium: tum innixus rationis, tum Decreto Congregationis Cardinalium Trid. relato à Soario de *Cens. disput. 44. sect. 4. n. 32.* cui subscribunt idemmet Soarius, Emanuel, cap. 187. *conclus. 1.* qui expressius nostræ favent conclusioni: Accedit Avila de *Irrégul. disp. 3. dub. 3. concl. 2.* dicens, esto publicè constet de eversione, quomodo delictum sit occultum, posse dispensari ab Episcopo, cum eadem sit ratio de hoc, ac de excommunicato occulto publicè celebrante. Minor autem Sylvesterum contrarium sentientem corpore vitatus 9. & 10. ad finem, pro se citare 1. cap. de corp. vitat. quod quidem non modo de Clerico publicè Monachiam obeunte loquitur, cuius delictum erat manifestum, sed in illo eodem casu Glossam, si legisset Sylvester, eam docere comperisset, posse Episcopum dispensare, quicquid etiam in contrarium iudicaverit Tabiena, Hucusque Gerunda, cui etiam ego adhareo.

RESOL. LXIX.

An consulens ad mutilandum aliquem sit irregularis? Et notatur, quod non erit irregularis, qui dedit consilium mutilationis, quem non potuit aliter ab homicidio avertere. Ex p. 4. tract. 2. Ref. 18.

Sup. hoc in rom. 7. tr. 1. Ref. 194. §. vit. ante med. à verif. At ego.

§. 1. **A**ffirmativè respondent communiter DD. sed de hoc non datur (ut observat Petrus Cornejo in 3. part. D. Thoma tract. 5. de irregular. disput. 2. dubit. unica, quest. 5. num. 3. & Ioannes Præpositus in 3. part. quest. 5. de irregul. dub. 9. n. 64. Expressus textus, & non sequitur, consulentes sunt irregulares quando concurrunt ad homicidium; ergo etiam quando concurrunt ad mutilationem, nam quoad poenas non debet asseri de mutilatione sine textu, quod asseritur de homicidio, quia nulla irregularitas incurritur si non sit in iure expressa, ut patet. Sed hanc irregularitatem consulentibus ad mutilationem nullum jus imponit, sicut imposuit consulentibus ad homicidium: ergo, &c. Adde quod in materia incurrendæ irregularitatis respicitur argumentum à paritate rationis, à simili, imò à maiori ad minus. Ergo, &c. Verum Molina tom. 4. tract. 3. disputat. 75. num. 3. Præpos. in 3. part. quest. 5. de irregul. dubit. 2. num. 4. & alii putant non esse recedendum à communi sententia. Nota tamen quod etiam sequendo dictam communem opinionem, non erit irregularis qui dedit consilium mutilationis membri ei, quem non potest aliter ab homicidio avertere. Ita Cornejo ubi supra, & Doctores quos refert Sayrus de censuris libro 7. cap. 3. num. 13.

Sup. hoc notato sup. in tr. 2. ex Ref. 17. lege doctrinam §. Sed hic, & inf. in tr. 6. Ref. 46. ad med. à verif. Et licet, & in aliis eorum annot.

RESOL. LXX.

An mandans aliquem verberari modo cauto & prudenti, & cum ministro fideli, & ille occidatur, incurrat irregularitatem? Ex parte 4. tractatu 2. Refol. 19.

Quoad hoc sup. in tr. 2. ex Ref. 16. lege §. Sed quid, cūsum prop. finem, verif. pro v.

§. 1. **A**ffirmativè responder Suarez de censuris disput. 45. sect. 2. num. 3. ex cap. ult. de homicidio in 6. quod hanc irregularitatem ponit solum, quia mandator in culpa fuit, & hoc evenire posse debuit cogitare, quæ duo incurrit etiam post diligentiam adhibitam in casu nostro, adhuc enim cogi-

tari debet non obstante illa posse mandatum esse, si non ex malitia, saltem ex alio casu, & ideo ait Suarez quod nulla humana diligentia mandans est sufficiens ad evitandam irregularitatem si efficitur homicidium sequatur.

2. Sed licet hæc opinio sit probabilis non minus probabiliter esse existimo negativam sententiam, cum Præpos. in 3. part. quest. 5. de irregul. dub. 10. n. 78. quia ita mandans nullo modo est reus homicidii; decisio autem illius cap. ultimi, de homicid. videtur agere de eo qui reus est homicidii, & qui potuit prævidere homicidium, forte ex verberatione, vel suo mandato secuturum.

RESOL. LXXI.

Clericus olim Chirurgus secundum artis præcepta exercens suam artem cum quodam infirmo, qui tamen mortuus est, quæsit à me, an incidit in irregularitatem? Et docetur Clericis non esse simpliciter interdictum medicina exercitum, aut etiam Chirurgia, modo fiat citra incisionem, & adustionem, unde non sunt irregulares ex eo exercitio.

Et aliqua alia observantur circa prohibitionem combustionis, & incisionis pro Subdiaconis, Diaconis, & Sacerdotibus, non autem Clericis aliis, etiam si sint Beneficiarii.

Et an in dicta prohibitione non intelligatur vena aperta ad emittendum sanguinem nec carnis apertio caustis, aut tumoris, seu apostematis ruptio emplastrum applicatio? Ex part. 1. tract. 7. & Misc. 7. Refol. 9.

§. 1. **D**ubium ei inferrebat ex his, quæ ego & Quædam docui in part. 4. tract. 2. Refol. 23. Verum hinc sequitur pro sententia negativa in sui favorem adduxi Lessium in 3. p. D. Thoma cap. 3. de irregul. cap. 4. dub. 1. num. 33. ubi sic ait: Unde probabile est etiam cum, qui dat operam rei illicitæ, quia periculosa, & tendens ad homicidium, si debitam circumspectionem adhibeat, ne gravis noxa sequatur, non esse irregularem etiam si forte sequuta fuerit. Ita multi recentiores hoc tempore. Ratio est, quia homicidium sequatur censetur planè involuntarium: diligentia enim illa abstergit periculum ratione cuius videtur tendere ad homicidium; Est contra Covarr. Navarum, Sotum, & alios.

2. Hinc sequitur, Clericum petentem chirurgiam, si secundum artis præcepta incidat, vel utat, esse præceptum contra præceptum iuris, quo tale ministerium tanquam indecorum ejus statui prohibetur, non tamen fieri irregularem, etsi forte mors sequatur; quia censetur omnino involuntariè sequi. Quod confirmo; Quia laicus in hujusmodi casu non fiet irregularis, ut omnes fatentur: ergo neque Clericus; iura enim non constituunt differentiam inter Laicum, & Clericum in hac specie.

3. Dices, ille Clericus tenebatur vitare illam incisionem ob periculum homicidii; ergo si non vitat, ei imputabitur.

4. Respondeo: si erat petitus non tenebatur vitare præcisè ob periculum, sed ob præceptum iuris, quod vetuit hanc incisionem generatim Clericis: quod vetuit hanc incisionem generatim Clericis: partim quia dedecet eorum statum, partim quia pleurumque Clerici non sunt ita periti, ut res illa postulat ad vitandum homicidium. Cum hoc tamen stat quod si quis Clericus reperitur satis peritus, quia omnem diligentiam necessariam præstet, hunc non censeri causam mortis, sicut nec Laicum censetur.

5. Hanc etiam sententiam docet Gibalinus de irregular.